

significari affirmat, quo Lutherus conciones suas adversus Ecclesiam et Summos Pontifices exorsus est. Is enim annus fuit quingentesimus septimus decimus supra millesimum. Parum autem interest inter annum quingentesimum quintum decimum notatum a Dante, et annum quingentesimum septimum decimum, quo Lutherus apparuit. Sed non advertit novus iste Oedipus, Dantem per eum numerum non tempus, sed personam significasse, non enim ait, anno quingentesimo quinto decimo nuncius Dei venit, sed tempus erit, cum quidam a Deo missus adveniet, qui per numerum 515. significatur, in qua re imitari voluit Dantes locum illum cap. XIII. Apocalypsis, ubi nomen Antichristi per numerum 666. describitur. Deinde si numerum annorum Lutheranae praedicationis Dantes praevideisset, cur a vero per integrum biennium aberrasset? cur etiam mille annos omisisset? Adhuc cum tam aperte Dantes per nuncium illum Dei Imperatorem designet, cum dicat, non semper Aquilam haerede carituram, unde quæso in mentem venire potuit ulli homini, ut per eum nuncium Lutherum ex Monacho apostatam, ac privatum hominem intelligeret? et cum Dantes praedicat, nuncium illum non solum oppressurum meretricem, sed etiam Gigantem, quicum ea fornicabatur, et per Gigantem adversarius noster Philippum Pulchrum Galliciarum regem, qui Clementis V. temporibus vixit, significatum fuisse concedat, quanta quæso amentia fuit, per eum Nuncium Lutherum accipere, et interpretari, quasi Lutherus Philippum illum debellaturus esset, qui ante obiit quam Lutherus nasceretur? Vera igitur expositio, quæ ex ipsius Dantis testimonio colligitur, hæc est, per numerum quingentorum quindecim, nomen describitur trium litterarum videlicet, dux, siquidem numerus ille Latine sic scribitur DXV. eadem vero litteræ transpositæ faciunt Dux. Porro per eum ducem principem Veronæ intelligi voluit, qui Chanes Scaligerus nominabatur, cum enim ab eo Principe multa beneficia Dantes accepisset, atque ei more poetico adulari vellet, praedicit fore, ut is aliquando Imperio Romano ac praesertim per omnem Italiam potiatur: et non solum Ecclesiam ditione temporali spoliet, sed etiam regem Gallia Philippum in ordinem redigat. Id ita esse perspicuum est ex primo Cantico de rebus Inferorum, ubi similia praedicens et nomen Canis exprimit, et Civitatem ejus describit.

*Molti son gl'animali à cui s'ammoglia  
E più saranno ancora in fin che'l veltro.  
Ferrà che la farà morir con doglia,  
Questi non ciburà terra, nè pellro  
Ma sapienza, ed amore e virtute  
Et sua nation sarà tra Feltro è Feltro.*

Sita enim Verona est inter Feltrum Romanodiolæ, et Feltrum Marchia Trivisanæ. Idem etiam aperte colligitur ex cantic. 17. Paradisi. Cæterum vaticinium istud non alium exitum habuit, quam inanis adulatio, et poeticum somnium merebatur.

## CAPUT XVIII.

Restat postremum caput, in quo adversarius indulgentias Pontificias a Dante reprehendi credidit, hæc sunt verba Dantis.

## CANT. 29. DEL PARADISO.

*Ma tal uccell'nel becchetto s'annida,  
Che s'el volgo'l vedesse, vederebbe  
La perdonanza, di che ei si confida.*

Sed hic locus nihil omnino facit contra indulgentias, siquidem ut exponit Landinus, et res ipsa clamat, eos concionatores Dantes reprehendit, qui falsas indulgentias praedicant, et turpis lucri gratia venias peccatorum auditoribus pollicentur, cum pontificis testimonium nullum proferre possint, quos quidem concionatores, si qui jam sunt, ut impostores, et falsarios Catholici omnes reprehendunt; loqui autem de ejusmodi Dantem impostoribus patet ex versibus qui proxime sequuntur.

*Per cui tanta stultitia in terra crebbe,  
Che senza prova d'alcun testimonio,  
Ad ogni promission si correrebbe.*

et paulo infra.

*Pagando di Moneta senza conio.*

Ubi significat, ejusmodi concionatores iis, a quibus eleemosynas accipiunt ratione indulgentiæ, solvere pecunias sine impresso ullo signo, quæ nihil valept.

## CAPUT XIX.

Atque hactenus respondimus ad ea, quæ ex Dante protulit adversarius, nunc audire eum necesse erit ex eodem Dante, quæ forte non cuperet. Proferemus enim testimonia plurima, atque apertissima Dantis, non solum pro summa Roman. Pontificis auctoritate, et dignitate, sed etiam pro aliis nonnullis fidei nostræ capitibus, ut adversarius intelli-

gat, se Dante iudice non modo causa cecidisse, sed etiam plane hæreticum et impium esse.

De sancto Petro sic loquitur Dantes.

## CANT. 24. DEL PARADISO.

*O luce eterna del gran viro,  
A cui nostro Signor lasciò le chiavi,  
Ch'ei portò giù da questo gaudio miro.*

De Urbe Roma sic.

## CANT. 2. DELL'INFERNO.

*Non pare indegno ad huomo d'intelletto,  
Ch'ei s'è de l'Alma Roma, e di suo impero  
Nel'empireo ciel'per padre eletto.  
La quale, e'l quale à voler dire il vero,  
Fur stabilite per lo loco santo  
V'siede il successor del maggior Piero.*

Audisne, Romam non Antichristi locum esse, sed Urbem almam, et locum Sanctum, de cælo stabilitum, ubi successor Petri sedem habet?

Alio loco Nicolaum III. Papam jam defunctum sic alloquitur.

## CANT. 19. DELL'INFERNO.

*Et se non fosse, ch'ancor le mi vieta.  
La riverentia delle somme chiavi  
Che tu tenesti nella vita lieta  
Io userei parole ancor più gravi.*

Audisne qua reverentia Dantes Pontificem, etiam mortuum prosequatur, licet ei præter cæteros infensus esset.

Alio loco describens captivitatem Bonifacii VIII. ita cecinit.

## CANT. 20. DEL PURGATORIO.

*Veggio in Anagna entrar lo fior d'alisio.  
E nel Vicario suo Christo esser catto.  
Veggiolo un'altra volta esser deriso;  
Veggio rinovella l'aceto e'l fele,  
E tra vivi ladroni esser anciso.  
Veggio'l novo Pilato sì crudele,  
Che ciò no'l satia, ma senza decreto,  
Porta nel tempio le cupide vele.  
O Signor mio quando sarò mai lieto  
A veder la vent'letta, che nascosa  
Fa dolce l'ira tua nel tuo secreto.*

Audisne illum ipsum Pontificem Bonifacium, quem ob malos ejus mores, vel ob contrariam factionem Dantes sæpe reprehendit, Vicarium Christi nominari, et injuriam illi factam, Christo factam judicari? Non igitur Dantes more lutherico, et calvinistico Pontificem Summum Antichristum esse putabat, etiamsi alioqui illum reprehenderet, quod vitam, et mores minus probatos habere videretur.

Alio loco de eodem sic loquitur.

## CANT. 22. DELL'INFERNO.

*Ne somno offitio, ne ordini sacri  
Guardò in se.*

Audisne ut summum officium, sacrosque ordines cum pravis moribus in Bonifacio Dantes agnoscat?

Alio loco scribit se occurrisse animæ Adriani V Pontificis et continuo in genua procubuisse ut cum ea anima loqueretur, ob summam dignitatem, quam in terris gesserat.

## CANT. 19. DEL PURGATORIO.

*Io m'ero inginocchiato, et volea dire,  
Ma com'io cominciai ed ei s'accorse  
Solo ascoltando del mio riverire,  
Qual cagion, disse, in giù così ti torse?  
Ed io à lui per vostra dignitate.*

Alio loco de Papa Agapeto ita scribit.

## CANT. 6. DEL PARADISO.

*Ma beno'letto Agapito, che fue  
Sommo Pastore alla fede sincera  
Mi ridrizzò con le parole sue.*

Alio loco de Clemente V. quem præter omnes alios reprehendere solet, scribit.

## CANT. 30. DEL PARADISO.

*Et fia perfetto nel foro divino.  
All'hor tal: che in palese et in coverto  
Non anderà con lui, con un camino;  
Ma poco poi sarà da Dio sofferto  
Nel santo officio.*

Alibi contra eos, qui sectarios audiunt omnia doctrina Ecclesiæ, ac Summi Pastoris, ut hoc tempore Lutherani, et Calvinistæ faciunt.

## CANT. 5. DEL PARADISO.

*Siate Christiani à movervi più tardi.  
Non siate come penne ad ogni vento.  
Et non crediate, ch'ogni acqua vi lavi,  
Havele il vecchio, e'l novo testamento,  
E'l Pastor della Chiesa che vi guida  
Questo vi basti à vostro salvamento.*

Alio loco docet merita operum bonorum, quæ adversarius noster cum Magistro suo Calvino non agnoscit.

## CANT. 25. DEL PARADISO.

*Speme, diss'io è un attender certo  
Della vita futura, il qual produce  
Gratia divina, e precedente merito.*

Alio loco asserit arbitrii libertatem, cujus ne nomen quidem Calvinistæ ferre possunt.

## CANT. 1. DEL PARADISO.

*Lo maggior don, che Dio per sua larghezza  
Fesso creando, ed alla sua bontate  
Più conformato, e quel ch'ei più apprezza,  
Fu della volontà la libertate,  
Di che le creature intelligenti  
E tutte e sole furo, e son dotate.*

Et alibi de eodem libero arbitrio.

## CANT. 18. DEL PURGATORIO,

*Questo e'l principio la onde si piglia  
Cagion di meritare in voi secondo,  
Che buoni e rei amori accoglie e vigilia.*

Alio loco signum crucis approbat, a quo Calvinistæ non minus quam dæmones fugiunt.

## CANT. 2. DEL PURGATORIO.

*Poi fece il segno lor di santa Croce.*

Alio loco invocationem sanctorum describit, quæ idololatria a Calvinistis iudicatur.

## CANT. 13. DEL PURGATORIO.

*Udì gridar, Maria ora per noi  
Gridar, Michele, e tutti gli altri Santi.*

Item alibi inducit S. Bernardum sic loquentem de intercessione B. Virginis Mariæ.

## CANT. 32. DEL PARADISO.

*Orando gratia convien, che s'impetri  
Gratia de qualla, che puote aiutarli.*

Item alibi ad eandem Virginem.

## CANT. ULTIMO DEL PARADISO.

*Donna sei tanto grande, e tanto vali  
Che qual vuol gratie, e à te non ricorre  
Sua disianza vuol volar senz' ali.*

Alio loco de reliquiarum veneratione.

## CANT. 25. DEL PARADISO.

*Mi disse mira, mira, ecco'l Barone  
Per cui la giù si visita Galitia.*

Alio loco de imaginibus.

## CANT. 4. DEL PARADISO.

*Et santa Chiesa con aspetto humano  
Gabriel, e Michael vi rappresenta,  
Et l'altro che Tobia rifece sano.*

Alio loco de votis, quæ sine Pontificis auctoritate, commutari nequeunt, in quo se maxime alienum ab hæreticis nostris temporis Dantes ostendit.

## CANT. 5. DEL PARADISO.

*Mù non tras uti carco alla tua spalla.*

*Per suo arbitrio alcun senza la volta,  
E della chiave biancha, e della gialla.*

Alio loco contra quosdam, qui Virginem Deo dicatam ex monasterio sanctæ Claræ raperunt, quod nostro tempore fecit Lutherus tantopere ab adversario laudatus.

## CANT. 3. DEL PARADISO.

*Dal mondo per seguir la giovinetta  
Fuggimi, e nel suo habito mi chiusi,  
Et promissi la via della sua setta.  
Huomini poi al mal più ch'al ben'usi  
Fuor mi rapiron della dolce chiostra,  
Dio lo si sà qual poi mia vita fosse.*

Alio loco de pœnis purgatorii, quas Calvinistæ ut fabulas rident.

## CANT. PRIMO DELL'INFERNO.

*Color, che son contenti  
Nel foco, perche speran di venire.  
Quando c'he sia, alle beate genti.*

Alio loco de suffragiis pro defunctis, quæ similiter negantur a Calvinistis.

## CANT. 26. DEL PURGATORIO.

*Fagli per me un dir di Pater nostro.  
Quanto bisogna à voi di questo mondo,  
Ove poter peccar non è più nostro.*

Item alibi de eadem re.

## CANT. 11. DEL PURGATORIO.

*Ben si dee lor' aitar lavar le note,  
Che portaron quinci, si che mondi e lievi  
Possan' uscir' alle stellate rote.*

Alio loco de duobus gloriosissimis ducibus Minorum et Prædicatorum.

## CANT. 11. DEL PARADISO.

*Due principi ordinò in suo favore,  
Che quindi e quinci le fusser per guida  
L'un fu tutto Serafico in amore,  
L'altro per sapientia in terra fue  
Di cherubica luce uno splendore.*

Item ibidem de approbatione regulæ sancti Francisci per Apostolicam sedem.

*Et regalmente sua dura intentione,  
Ad Innocentio aperse, e da lui ebbe  
Primo sigillo à sua religione*

Item.

*Di seconda corona redimita  
Fui per Honorio dall'eterno spiro  
La santa voglia d'esso Archimandrita.*

Item de primis sociis sancti Francisci.

## CANT. 12. DEL PARADISO.

*Il venerabile Berardo*

*Si scalzò prima, e dietro à tanta pace  
Corse, e correndo li parve esser tardo.  
O ignota ricchezza, ò ben ferace :  
Scalzasi Egidio, scalzasi Silvestro.  
Dietro à lo sposo si la sposa piace.*

Sed finis sit : neque enim omnia adducere debemus, et hæc abunde sufficiunt, ut juvenem illum, qui Dantem iudicem appellavit, si frontem habet, erubescere cogant.

## CAPUT XX.

*Responsio ad ea, quæ adferuntur  
ex Petrarcha.*

Transeo nunc ad ea, quæ ex Francisco Petrarcha in medium adversarius protulit, ea sunt partim cantica quædam, partim fragmenta epistolarum, sed omnia in unam atque eandem sententiam conveniunt, ut videlicet Romanam Curiam multorum vitiorum accusent, ac propterea etiam Babylonem quamdam nominari posse affirmant. Fateor illa in libris Petrarchæ exstare, sed quæ vitia hominum damnent, non Pontificum, aut sedis Apostolicæ dignitatem imminuant, id quod ipse testatur lib. xi. senilium epistolarum ad Franciscum Brunum Pontificis Maximi secretarium scribens. Nam cum admoneatur, ne tam multa scriberet in Cardinales, aliosque Rom. Curie prælatos, respondit, se non homines, sed vitia hominum insectari, neque id facere, quod sibi nocuerint, sed quia injuriam male vivendo faciunt Romanæ Urbi, Ecclesiæ Dei, Christo ipsi, atque Apostolis ejus Petro, et Paulo. Nam alioqui in iisdem libris innumerabilia exstant loca, ex quibus fides, et cultus Petrarchæ erga summam illam, ac Deo proximam Romani Pontificis potestatem agnoscas, lib. i. senilium Epistolarum ad Talanandum Cardinalem. Quis, inquit, quæso, non stupeat, simulque non gaudeat, si amicus sit Vicario Jesu Christi ? lib. vii. senilium ad Urbanum V. Pontificem, quem ut Romam redeat adhortatur : Mibi, inquit, apud te summum culmen Ecclesiæ, non de mea ætate, sed de tua humanitate fiducia nascitur ; audio enim te libenter audire, quæ vera sunt, etsi acria sint : falsa autem quamvis dulcia, aspernari ; neque id mirum ; Veritatis vivæ Vicarius es in terris. Et infra : Ubicumque rite colitur Christi nomen, illic sedem tuam esse nec nego, nec dubito. Illud mihi non negetur, quod inter omnes alias singulare tecum aliquid, immo

quamplurimum, habeat Urbs Roma. Cæteræ enim omnes suos habent sponso, tibi quidem uni subditos, sed suis Ecclesiis præsidentes : illa vero nullum habet, nisi te. Itaque summus in reliquis, in Romana Urbe solus es Pontifex, solus sponsus. Et infra : Quo animo, da quæso, misericors pater, temerariæ devotioni meæ veniam, quo, inquam, animo tu ad Ripam Rhodani sub auratis tectorum laquearibus somnum capis, et Lateranum humi jacet ; et Ecclesiarum mater omnium tecto carens et ventis patet, ac pluviis ; et Petri, Pauli Sanctissimæ domus tremunt ; et Apostolorum, quæ nunc ædes fuerant, jam ruina est, informisque lapidum acervus lapideis quoque pectoribus suspiria extorquens ? Et infra : Romam almam, ac sacrosanctam Urbem, Reginam urbium, arcem Christianæ fidei, locum Deo gratum, hominibus venerandum, sacram tellurem, rerum caput, non semel appellat. Et ibidem : nullam esse toto orbe terrarum civitatem, ubi magis religio, ac devotio erga res divinas conspiciatur, affirmat. Ibidem de Bonifacio Papa VIII Ananiæ a Columnensibus comprehenso loquens : Nulla, inquit, homini in Vicarium Dei sui causa sufficiens est offensionis. Idem lib. ix. Senilium ad eundem Urbanum : Vere, inquit, summus ac Romanus est Pontifex, vere Urbanus, vere Petri successor, vere Vicarius Jesu Christi. Item in eodem libro ad Franciscum Brunum scribens. Illud inquit, neque tuum, neque cujusquam animum moveat, quod Papam Romanum quo nihil majus, immo cui par nihil orbis habet, alloquor : quasi illius reverentia stylum cohibere deberit, mihi enim ut vides, magna hinc pars fiduciæ orta est, quod Vicario veritatis nulla veri particula occultanda videretur. Idem lib. xi. Senilium, epist. ult. Roma, inquit, proculdubio sacrosanctissimus mundi locus est, ubi Christianus verus et vivere optet et mori. Idem in Apologia contra Galli calumnias : Non quidem, inquit, sic insanus sum, ut Romano Pontifici legem ponam, cum ipse sit legifer omnium Christianorum. Idem lib. i. Invectivarum contra medicum : Romano Pontifici, inquit, omnes, qui Christiano nomine gloriamur, non modo consilium, sed obsequium insuper, et obedientiam debemus. Neque vero solum de summi Pontificis dignitate multo aliter sentit Petrarcha, quam adversarius crederet ; sed etiam de cæteris omnibus fidei nostræ capitibus. Nam lib. xi. Senilium ad Bonaventuram scribens, laudat

Monachum quemdam, quod et monasticam vitam religiose duxerit, et Missas devotissime celebraverit, lib. XIII. in epist. ad Franciscum Brunum, orat pro anima Pontificis defuncti, lib. XIV. in epist. ad Philippum Cardinalem multa scribit de sacra illa spelunca, in qua sancta Maria Magdalena habitasse dicitur, eamque illo carmine invocat.

Dulcis amica Dei lachrymis inflectere nostris :  
Atque humiles attende preces, nostræque salutis  
Consule, namque potest.

In lib. II. de vita solitaria cap. 11. Sacra stigmata sancti Patris Francisci, et ordinem ab illo institutum debitis laudibus celebratum. lib. I. de otio Religiosorum monachos sic alloquitur : O felices animæ, o excubitores assidui, intentique ; o sollicita et devota Christi mancipia, proque brevi servitio non libertatem modo perpetuam, sed ingenuitatem, filiationemque promerita, o mercimonium optabile, fausta que rerum alternatio, servire modicum, non ut diu regnes, sed ut semper. Denique, ut alia prætermittam, exstat etiam ipsius Petrarchæ testamentum, in quo multa sunt Catholici animi signa ; sed illud in primis, quod B. Virginem ac Sanctos cæteros magna devotione implorat. Nec solum Latinis, seriisque operibus, sed etiam in Italicis illis versibus, quos tantopere adversarius admiratur, et in libello, quos de vitis Pontificum, et Imperatorum conscripsit, et Summum Pontificem Christi Vicarium vocat, et alia non pauca scribit adversus ea, quæ nostri temporis hæretici docent. De Summo Pontifice ita loquitur :

*E' l' Vicario di Christo con la soma  
De le chiavi, e del manto al nido torna :  
Si che s'altro accidente nol distorna  
Vedrà Bologna, e poi la nobil Roma.*

Item alibi Ludovicum IV imperatorem non alia de causa solum Idolum appellat, et nomen habere dicit sine re ; nisi quia Summi Pontificis auctoritate, et ab Imperio dejectus, et extra communionem fidelium ejectus fuerat.

*Latin zangue gentile  
Sgombra da te queste dannose some ;  
Non fare Idolo un nome  
Vano senza soggetto.*

Alio loco Romanam Urbem domicilium Dei nominat, quia videlicet sedes est Vicarii ejus.

*Le Donne lagrimose, e' l' volgo inerme  
De la tenera etate, e i vecchi stanchi ;*

*E' hanno se in otio, e la soverchia vita.  
E i neri fraticelli, e i bigi, e i bianchi  
Con l'altre schiere travagliate, e inferme,  
Gridan : o Signor nostro aita, aita :  
E la povera gente sbigottita  
Ti scuopre le sue piaghe a mille a mille.  
Ch' Annibale, non ch'altri furian pio.  
E se ben guardi a la Magion di Dio  
Ch' arde oggi tutta, assai poche faville  
Spegnendo, sien tranquille  
Le voglie che si mostran s'infiammate,  
Onde sien l'opre tue nel Ciel lodate.*

Alio loco pie describit peregrinationem ad Urbem Romam, et cultum fidelium erga sacras reliquias atque Imagines, quas vos Calviniani irridere soletis.

*Movesi 'l vecchiar el comuto, e bianco  
Del dolce luogo, ove hâ sua età fornita,  
E da la famigliuola sbigottita,  
Che vede 'l caro padre venir manco :  
Indi trahendo poi l'antico fianco  
Per l'estreme giornate di sua vita ;  
Quanto più può col bon voler s'aita  
Rotto da gli anni, e dal camino stanco.  
E viene à Roma seguendo il desio  
Per mirar la sembianza di colui,  
Ch' ancor là sù nel Ciel vedere spera.*

Alio loco Virginem Deiparam magno affectu implorat : et simul damnat amores, et amatoria cantica, quæ juveni sibi exciderant.

*Per te può la mia vita esser gioconda,  
S' a' tuoi prieghi, o Maria,  
Vergine dolce, e pia,  
Ove 'l fallo abondò, la gratia abonda.  
Con le ginocchia de la mente inchine.  
Prego che sia mia scorta,  
E la mia torta via drizzi à bon fine.*

Et infra :

*Mortal bellezza, atti, e parole m'hanno  
Tutta ingombrata l'alma ;  
Vergine sacra, et alma  
Non tardar, ch'io son forse all' ultim' anno.  
I di miei piu correnti, che saetta  
Fra miserie, e peccati  
Sonse' andati : sol morte n'aspetta.*

Et infra :

*Se dal mio stato assai misero e vile  
Per le tue man resurgo,  
Virgine, è sacro, e purgo  
Al tuo nome, e pensieri, e' ngegno, e stile ;  
La lingua, e' l' cor, le lagrime, e sospiri  
Scorgine al miglior guado ;  
E prendi in grado i congiati desiri.*

His adjungam duo illa cantica, ubi deplorat pretiosum tempus in nugis, id est, in amatoriis versibus amissum.

*Tennemi amor anni vent'uno ardendo  
Lielo nel foco, e nel duol pien di speme ;  
Poiche Madonna, e' l' mio cuor seco insieme*

*Salvo al Ciel, diece altri anni piangendo.  
Homai son stanco, e mia vita viprendo  
Di tanto erro ; che di virtute il seme  
Ha quasi spento ; e le mie parti estreme,  
Alto Dio, à te devolamente rendo.  
Pentilo, e tristo de miei sì spesi anni,  
Che spender si doveano in miglior uso,  
In cercar pace, ed in fuggir offanni.  
Signor, ch'in questo carcer m'hai rinchiuso  
Trammene salvo da gl' eterni danni  
Ch'io conosco 'l mio fallo, e non lo scuso.*

*I vò piangendo i miei passati tempi,  
I quai posi in amar cosa mortale,  
Senza levarmi à volo havendo io l'ale  
Per dar forsi di me non bassi esempi.  
Tu che vedi i miei mali indegni ed empi,  
Rè del Cielo invisibile, immortale,  
Soccorri al Palma disviata, e frale,  
E' l' suo difetto di tua gratia adempi.  
Si che s'io vissi in guerra, ed in tempesta,  
Mora in pace, ed in porto ; e se la stanza  
Fù vana, almen sia la partita honesta.  
E quel poco di viver che m'avanza,  
Ed al morir degnie'er tua non presta ;  
Tu sai ben, ch'in altrui non hò speranza.*

## CAPUT XXI.

Claudam hunc locum cum illis ejusdem Petrarchæ testimoniis, quæ in eo libro Italico continentur, quem scripsit de vita et moribus Pontificum Romanorum. Omitam autem, quæ ille dicit de Pontificibus, qui ante ipsum tempora sederant, quos tamen ut plurimum laudat, ea solum testimonia, quæ ad eos pertinent, quos ipse optime noverat, Joannem videlicet XXII, Benedictum XII, Clementem VI, Innocentium VI et Urbanum V. De Joanne sic loquitur : « Costui fu ottimo, e glorioso Pastore ; fece molti beni ; ed hæretici per zelo della fede condannò ».

De Benedicto : « Fù nell' adolescenza di buona, ed intera vita, dipoi Maestro in Theologia, e fatto che fù Papa, riformò l'Ordine di S. Benedetto. Nel dare i Beneficii era duro, havendo grande cura, che non fossero conferiti à chi non gli meritava. Era fervido nella fede, e nelle buone opere zelatore ; et però era ad alcuni non troppo caro. Fù rigido ed aspro in modo, che fingeva di non riconoscere li parenti, dicendo, che il Papa non hà parenti ».

De Clemente : « Fù e per nome, e per fatti di molte virtù pieno ». De Innocentio : « Fù grandemente de' Religiosi a matore. Fù in ragione canonica eccellente. All'ultimo havendo santamente tradotta la vita, si mo-

ri ». De Urbano : « Fu nelle sacre Scritture dottissimo, e santamente visse ». Hæc sunt Petrarchæ testimonia de Pontificibus Romanis, quorum temporibus ipse vixit ; quæ quidem non ab assentationis studio, sed a veritatis amore profecta non dubitabit, qui cogitabit ea scripta post obitum omnium illorum fuisse, et ab eo qui et liberrime vitia Romanæ Curiae taxare solebat, et qui nihil unquam a Romano Pontifice ambierat, et oblatum etiam Episcopatum constantissime recusavit, ut ex variis ejus Epistolis cognosci potest. Ex tot locis, a nobis adductis, tria quædam colligi possunt. Primum non potuisse Petrarcham, cum Romam, sive Avenionem ob Curiam summi Pontificis Babylonem appellavit, de fide, de religione, de potestate Ecclesiastica, sed de vitiis tantum, quæ tunc vigeant, ea dicere. Neque illi unquam venisse in mentem quod adversarii mentiuntur, ut scriberet Romanum Pontificem Antichristum factum, aut Ecclesiam ipsam Romanam ab antiqua fide degenerasse. Quomodo enim Antichristum esse crederet, quem tot in locis Vicarium Dei nominare non dubitat ? Aut quando Romanam Urbem Antichristi sedem esse diceret, qui eam aliam, sacrosanctam, domicilium Dei locum Deo gratum, arcem Christianæ fidei, sacram tellurem, sacrosanctissimam Sedem appellat, ubi omnis verus Christianus et vivere optet, et mori ? An vero placere illi unquam potuisset nefarium istud bellum in summum Ecclesiæ Catholicæ Pastorem, et Patrem, ad quod Reges inflammare adversarius noster pro viribus nititur, cum disertis verbis scriptum reliquerit, nullam esse posse homini Christiano in Vicarium Dei sui sufficientem causam offensionis ? Deinde ex iisdem locis intelligemus Pium V Pontificem nullam fecisse Petrarchæ injuriam, quod tria ejus cantica abradi jusserit. Nam si Petrarcha suspicari potuisset, futuros fuisse aliquando homines, qui ejus versibus abuterentur ad fidem Catholicam labefactandam, atque ad eos confirmandos errores, quos ipse toto pectore execrabatur, sine dubio manibus ipse suis versus illos in ignem conjecisset. Quin etiam, si Summus Pontifex, quem ille tam frequenter Vicarium Dei sui nominare solebat, totum illud opus amatoriarum cantiuncularum flammis adjudicaret. Equidem arbitror spiritum ejus in cœlesti Hierusalem, ut ex ejus pœnitentia pie confido, cum Deo conjunctum, ingenti lætitia